

ANNO 1748. Avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola infero, et registrato, e suppleudo colla pie- nezza della Nostra Potesta Pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e total esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra Cedola di Moto proprio, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo di 28. Ottobre 1748.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ut igitur Nostra huiusmodi mandata atque precepta, ad Civium simul & possidentium indemitatem, & commodum, & ad Urbis utilitatem, & decus condita atque statuta, quae etiam duobus Edictis, alias diebus 22. Aprilis Anni Domini 1671. & 6. Maji Anni 1679., recol. mem. Praedecessoribus nostris Clemente PP. X., & Innocentio PP. XI. respective assentientibus, & habentibus, ab ipso Viarum Tribunali emanatis, & publicatis, in pluribus, & substantialibus consentanea, & conformia comperimus & recognovimus, perpetuis futuris temporibus debitam executionem, & inviolabilem firmitatem obtineant; eadem Apostolicis hinc Nostris Literis inserta, atque eorundem tenore, ac simili motu, scientia, & potestatis plenitudine iterum confirmata ac roborata, ab omnibus, ad quos pertinet, seu pertinebit in posterum, exactissime observari, & impleri etiam perpetuo statuimus atque decernimus. Mandantes praelato Dilecto Filio Nostrum nunc existenti S. R. E. Cardinali Camerario, ac Dilectis etiam Filiis Camerae Nostrae Apostolicae Clericis Praesidentibus, necnon Viarum Magistris, caeterisque eiusdem Camerae, & Tribunalis Viarum Officialibus, & Ministris, itemque Dilecto Filio Auditori Nostrum, eiusque, & praedictorum omnium Successoribus pro tempore futuris, ut omnia & singula a Nobis in praesertim inserta Nostra Motus proprii disposita atque statuta, tam ipsi, in quantum eorum respectiva Officia, sive de iure, sive vigore specialis Mandati Nostrum, concernunt; exacte observent, quam etiam ab aliis sibi subiectis, ad quos pertinet, ac pertinebit in posterum, exactissime impleri, & observari faciant, sub penis ibi statutis atque contentis. Ac decernentes ipsam praesertim Schedulam, necnon praesentes nostras Literas, quibuscumque juris, seu facti defectibus, qui adversus illas opponi, ac deduci possent, minime restagantibus, omnique, & singula in ipsis praescripta atque decreta, semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, atque iis, quarum favorem respiciunt, plenissime suffragari; sique, & non alias per praemissos omnes & singulos, aliosque Iudices Ordinarios & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & Palatii Apostolici Auditores, sublata ipsis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & definituri debere, ac irritum & inane, si secus super iisdem a quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus his, quae in praedicta Schedula non obstat decrevimus, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam Nostrae Confirmationis, Mandati, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCCXLVII. Tertio Kalendas Januarii Pontific. Nostrum Anno IX.

Dilectum Chirographum confirmat.

Mandatum pro praemissorum observantia.

Aliter iudicari prohibetur.

Derogatio contrariis.

Sanctio penalit.

Dat. Pont. A. 18. die 10. Dec. 1748.

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eagenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

ASSERITUR

Identitas Corporis S. Joannis de Matha, quod Matrui colitur, occasione donationis antiqui Sarcophagi, ubi illud Romae aservabatur.

Dilecto Filio Michaeli a S. Josepho Ministro Generali Fratrum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Escalcatorum nuncupatorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

MINIME dubitamus, quin memoria retineas quid quid a Nobis alias, dum Tu quidem Officium Procuratoris Generalis in hac Alma Urbe nostra obires. Nos vero in minoribus constituti, Promotoris Fidei munus gereremus, praestitum fuerit, ut debitas Sacris Exuviis S. Joannis de Matha eiusdem tui Ordinis Fundatoris cultus relictueretur. Illius namque Corpus in arca marmorea, seu Sarcophago, in Ecclesia sub invocatione S. Thomae Apostolice in Formis dicta in Monte Caelio eiusdem Almae Urbis Nostrae, quae ad Dilectos Filios Capitulum, & Canonicos Basilicae Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano spectat; etsi ab initio conditum, tamen anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, inde in Hispanias translatum apud Nuntium huius Apostolicae Sedis in Hispaniis tunc temporis commorantem depositum fuit: quod deinde anno MDCLXXXVI. cl. mem. Marcellus Cardinalis Duratius apud Hispaniarum regem Catholicum Apostolicus iisdem Nuntius Ministro Generali, & Disinitorio laudati Ordinis ea tradidit conditione, ut sub Aljari Capella in Cella Venerabilis Fratris Thomae de Virgine Matrui erecta collocaretur. Mota autem in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum tam anno MDCLXIX., quam anno MDCCXV. controversia quoad Identitatem Ossium Corporis S. Joannis de Matha, quae Romae primum, postmodum Matrui aservari asserbatur, ipsa Congregatio respondit, non constare de Identitate; iterum iussu felicis memorie Clementis PP. XI. Praedecessoris nostri postulato super ipsa Identitate apud eandem Congregationem Cardinalium edito, factum fuit, ut Nobis, dum partes Promotoris Fidei ageremus, per gravissima rationum momenta in quarto Libro Operum nostrorum de Canonizatione Sanctorum part. 2. c. 25. n. 8. typis impressa, adnitentibus, plena resolutio, postquam laudatus Clementis XI. Praedecessor Nostrum viam universae carnis ingressus fuisset, die XXI. mensis Martii, prodiret die VII. mensis Septembris anno MDCCXXI. constare nimirum de Identitate. Eapropter huiusce resolutionis decretum rec. mem. Innocentius PP. XIII. iisdem Praedecessor Nostrum approbavit. Quoniam autem eodem tempore, & Promotoris Fidei, & Secretarii Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum muneribus fungentes, Canonice etiam in eadem Basilica Vaticana fruebantur, ita cum Canonicis Collegis Nostris egimus, ut benigne Nostris votis assentientes, ipsos Fratres saepedicti Ordinis tui ab omni penitus liberarent onere, & obligatione, Ossa S. Joannis ex Hispaniis, ubi custodiebantur, Romam, unde translata fuerant, iterum remittendi. Nec minorem sane adhibuimus operam, ut consensus huiusmodi a Capitulo Vaticano praestitus ab eadem Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die septima mensis Februarii anno MDCCXXII. Nobis Secretarii ministerium sustinentibus, cum clausula de Apostolico beneplacito impetrando, approbaretur.

Porro ad Supremum Sacrosancti Apostolatus Api- cem quamvis immerentes per ineffabilem Divinae bonitatis abundantiam erecti, ubi opportuna sese dedit occasio, quemadmodum rebus ipsis expertus es, nullam passi sumus elabi opportunitatem, quam arripientes, Ordinem, cui tanta cum nominis tui, & regularis disciplinae laude Minister Generalis modo praes, de Catholica Religione & aeterna Christi- fidelium salute benemereri pergentem, praclaris Apo-

PONT. A. IX. LXVIII.

Pont. alias de cultu S. Joannis de Matha sal- cius fuit.

Deinde in Hispaniis translatum Matrui depo- situm fuit.

De contro- versia orta in Sac. Rituum Congregatione super identi- tate Corporis S. Joannis de Matha.

Ex Senten- tia Summi Pontificis, tunc Romae Fidei, pro- tunc resolutio affirmativa.

A. S. M. Inno- centio XIII. confir- mata.

Deinde Pont. egit cum Capitulo Vaticano pro consen- su, ne dictum Corpus Romae de novo transfereatur.

Laudes Or- dinis ss. Tri- nitatis, & in illam Pont. bene- volentia.

PONT. A. IX. Apostolicae Nostrae benignitatis, auctoritatisque argu- menti non cumulaverimus. Verum ut Tibi, Dilecte Filii, tuisque Religiosis Alumnis magis magisque pateat, quanta Vos paternae charitate complectamur, quantaque veneratione S. Joannem de Matha Fundatorem dicti Ordinis prosequamur; memores, quod in memorata Ecclesia S. Thomae in Formis, post Altare in parvo Sacrario, adhuc vacua reperiretur Urna Marmorea, sive Sarcophagus, ubi Ossa ejusdem S. Joannis de Matha tumulata diu jacuerant, una cum insculpta epigraphe hoc indicante, illam seu illud Nobis a Capitulo & Canonicis antedictae Basilicae Vaticanae dono dari postulavimus: Nec alia certe ratione, quam ut Nos quidem illud monumentum pari donationis titulo Tibi elargiremur, Tu vero in Hispaniis transmittendum, & tuis Religiosis Alumnis Matrui commoran- tibus tradendum curares, hi neminem, qui decet, veneratione inibi custoditum teneant. Equum enim Nobis visum est, ut ubi Ossa S. Joannis in praesentia requiescunt, ibi & pristinum eorumdem Sacrorum Ossium Sarcophagum cum inscriptione, in perenne veritatis argu- mentum constitueretur.

Ut inibi ejus Ossa repo- nantur.

Ceterum fufius per haec Nostras in forma Brevis li- teras non tam Te, quippe qui omnium hac in re ge- storum conficius es atque particeps, quam modernos, ac futuros Ordinis tui Religiosos Alumnos monitos vo- luimus, ut non solum quicquid hactenus actum, gestum- que fuerit, futuris temporibus perfectum, verum Apo- stolica etiam auctoritate per easdem Nostras literas, tamquam authentica documenta, confirmandum habe- rent, Interim ad Te, tuosque Fratres potissimum perti- net, ut tam pretioso munere gaudentes, assiduis Nos apud Deum vestrarum obsecrationum suffragiis commen- detis, dum Nos caelestis praesidii auspiciis, & studiosae nostrae ad vobis, quoad integrum est, gratificandum vo- luntatis pignus esse cupimus Apostolicam Benedictio- nem, quam Tibi, Dilecte Filii, iisdem Religiosis Alu- mnis tuis peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo A. 18. die 1. Pificatoris die Febr. MDCCXLIX. Pontificatus Nostrum Anno IX.

Dat. Pont. 1749.

Cajotanus Amatus.



